

“Diamoci del tu!” Profezia ed encomio del sovrano da Virgilio all’età flavia.

1) Per cominciare: tempesta e profezia

1.1) Prima della tempesta: Zeus a Hermes (Hom. Od. 5,31-42)

«Hermes - tu che sei il Messaggero - alla ninfa dai bei capelli va’ ad annunciare la decisione immutabile, che l’intrepido Odisseo deve tornare. Tornerà senza avere compagni né dei né uomini: sopra una zattera di tronchi legati, dopo molto patire giungerà, nel ventesimo giorno, alla fertile Scheria, terra dei Feaci di stirpe divina, che come un dio lo onoreranno nel cuore e con una nave lo manderanno all’amata terra dei padri. E bronzo e oro e molte vesti preziose gli doneranno; da Troia non avrebbe portato tanto Odisseo, se sano e salvo fosse tornato con la sua parte del bottino di guerra. È infatti destino che lui riveda i suoi cari e ritorni all’alta dimora e alla terra dei padri».

41 s. ὥς γὰρ οἱ μοῖρ’ ἐστὶ φίλους τ’ ἰδέειν καὶ ἰκέσθαι οἶκον ἐς ὑπόροφον καὶ ἐῆν ἐς πατρίδα γαῖαν.

1.2) Durante la tempesta? (Macrobio, Saturnali 6,2,31)

In primo Aeneidos tempestas describitur, et Venus apud Iovem queritur de periculis filii, et Iuppiter eam de futurorum prosperitate solatur. **Hic locus totus sumptus a Naevio est ex primo libro belli Punici**; illic enim aeque Venus, **Troianis tempestate laborantibus**, cum Iove queritur, et sequuntur verba Iovis filiam consolantis spe futurorum.

1.3) Dopo la tempesta (Verg. Aen. 1,254 ss.)

Olli subridens hominum sator atque deorum vultu, quo caelum tempestatesque serenat, 255
oscula libavit natae, dehinc talia fatur:
“Parce metu, Cytherea: **manent immota tuorum fata tibi**; cernes urbem et promissa Lavini moenia sublimemque ferēs ad sidera caeli **magnanimum Aenean**; neque me sententia vertit. 260

261 ss.

Hic tibi (fabor enim, quando haec te cura remordet, longius et volvens **fatorum arcana** movebo) bellum ingens geret Italia populosque ferocis contundet moresque viris et moenia ponet.

1.4) Dopo il triennio di Enea, i trent’anni di Ascanio

269 ss.

triginta magnos volvendis mensibus orbis imperio explebit regnumque ab sede Lavini transferet et Longam multa vi moeniet Albam...

1.5) La nascita di Romolo, la fondazione di Roma e l’impero senza fine’

275 ss.

Inde lupae fulvo nutricis tegmine laetus Romulus excipiet gentem et Mavortia condet moenia Romanosque suo de nomine dicet. His ego nec metas rerum nec tempora pono, **imperium sine fine dedi.**

2) Il finale della profezia di Giove e l’annuncio (dal passato remoto) dell’avvento di Cesare Augusto (Verg. Aen. 1,286-296)

Nascetur pulchra Troianus origine Caesar, imperium Oceano, famam qui terminet astris, Iulius, a magno demissum nomen Iulo. Hunc tu olim caelo spoliis Orientis onustum accipies segura; **vocabitur hic quoque votis.** Aspera tum positis mitescent saecula bellis: cana Fides et Vesta, Remo cum fratre Quirinus iura dabunt; dirae ferro et compagibus artis claudentur Belli portae; Furor impius intus saeva sedens super arma et centum vinctus aënis post tergum nodis fremet horridus ore cruento

2.1) Altri ‘annunci’ (dopo Giove): l’ombra di Anchise (Aen. 6,791 ss.)

Hic vir, hic est, tibi quem promitti saepius audis, Augustus Caesar, divi genus, aurea condet saecula qui rursus Latio regnata per arva Saturno quondam, super et Garamantas et Indos proferet imperium: iacet extra sidera tellus, extra anni solisque vias, ubi caelifer Atlans axem umero torquet stellis ardentibus aptum. Huius in adventum iam nunc et Caspia regna responsis horrent divom et Maeotia tellus et septemgemini turbant trepida ostia Nili. Nec vero Alcides tantum telluris obivit, fixerit aeripedem cervam licet, aut Erymanthi pacarit nemora et Lernam tremefecerit arcu; nec qui pampineis victor iuga flectit habenis Liber, agens celso Nysae de vertice tigris.

2.2) Augusto nello scudo di Enea (Aen. 8,678 ss. e 724 ss.)

Hinc Augustus agens Italos in proelia Caesar cum patribus populoque, penatibus et Magnis Dis, stans celsa in puppi, geminas cui tempora flammās laeta vomunt patriumque aperitur vertice sidus.

(...)

Hic Nomadum genus et discinctos Mulciber Afros, hic Lelegas Carasque sagittiferosque Gelonos finxerat; Euphrates ibat iam mollior undis, extremique hominum Morini Rhenusque bicornis indomitique Dahae et pontem indignatus Araxes.

3) La profezia di un Giove ‘contemporaneo’ (Ov. met. 15,822-839)

Ut deus accedat caelo templisque colatur
tu facies natusque suus, qui nominis heres
impositum **feret** unus onus caesique parentis
nos in bella suos fortissimus ultor habebit.
illius auspiciis obsessae moenia pacem
victa petent Mutinae, Pharsalia sentiet illum,
Emathiique iterum madefient caede Philippi,
et magnum Siculis nomen superabitur undis,
Romanique ducis coniunx Aegyptia taedae
non bene fisa cadet, frustra erit illa minata,
servitura suo Capitolia nostra Canopo.
quid tibi barbariam gentesque ab utroque iacentes
oceano numerem? quodcunque habitabile tellus
sustinet, huius erit: pontus quoque serviet illi!
Pace data terris animum ad civilia vertet
iura suum legesque feret iustissimus auctor
exemploque suo mores reget inque futuri
temporis aetatem venturorumque nepotum
prospiciens prolem sancta de coniuge natam
ferre simul nomenque suum curasque iubebit,
nec nisi cum senior meritis aequaverit annos,
aetherias sedes cognataque sidera tanget.

3.1) L’auspicio (analogo) del poeta... (868 ss.)

tarda sit illa dies et nostro serior aevo
qua caput Augustum, quem temperat orbe relicto,
accedat caelo faveatque precantibus absens

4) ... e alcuni antecedenti più ‘confidenziali’

Verg. georg. 1,500 s.

hunc saltem everso iuvenem succurrere saeclo
ne prohibete!

503 s.

iam pridem nobis caeli **te** regia, **Caesar**,
invidet atque hominum queritur curare triumphos...

Hor. carm. 1,2,41 ss.

sive mutata iuvenem figura
ales in terris **imitaris** almae
filius Maiae patiens vocari

Caesaris ultor,

serus in caelum redeas diuque
laetus **intersis** populo Quirini,
neve **te** nostris vitiis iniquum
ocior aura

tollat: hic magnos potius triumphos,
hic **ames** dici pater atque princeps,
neu **sinas** Medos equitare inultos
te duce, Caesar.

4.1) La voce del poeta: il ‘tu’ nello stile encomiastico dell’epos (Verg. georg. 1,24-42)

tuque adeo, quem mox quae sint habitura deorum
concilia incertum est, urbisne invisere, Caesar,
terrarumque velis curam, et **te** maximus orbis
auctorem frugum tempestatumque potentem
accipiat cingens materna tempora myrto;
an deus immensi venias maris ac tua nautae
numina sola colant, **tibi** serviat ultima Thule,
teque sibi generum Tethys emat omnibus undis;
anne novum tardis sidus **te** mensibus addas,
qua locus Erigonen inter Chelasque sequentis
panditur (ipse **tibi** iam brachia contrahit ardens
Scorpius et caeli iusta plus parte reliquit);
quidquid eris (nam **te** nec sperant Tartara regem,
nec **tibi** regnandi veniat tam dira cupido,
quamvis Elysios miretur Graecia campos
nec repetita sequi curet Proserpina matrem),
da facilem cursum atque audacibus adnue coeptis,
ignarosque viae mecum miseratus agrestis
ingredere et **votis iam nunc adsuesce vocari.**

5) Dare del ‘tu’ all’imperatore: le laudes Neronis della Pharsalia (Luc. 1,33 ss.)

quod si non aliam **venturo** fata **Neroni**
invenere viam magnoque aeterna parantur
regna deis caelumque **suo** servire **Tonanti** 35
non nisi saevorum potuit post bella gigantum,
iam nihil, o superi, querimur...

(...)

multum Roma tamen debet civilibus armis
quod tibi res acta est. **Te, cum** statione peracta 45
astra petes serus, praelati regia caeli
excipiet gaudente polo: seu sceptra tenere
seu **te** flammigeros Phoebi conscendere currus
telluremque nihil mutato sole timentem
igne vago lustrare iuвет, **tibi** numine ab omni 50
cedetur, iurisque **tui** natura relinquet
quis deus esse velis, ubi regnum ponere mundi.

(...)

sed mihi iam numen; nec, si **te** pectore vates
accipio, Cirrhaea velim secreta moventem
sollicitare deum Bacchumque avertere Nysa: 65
tu satis ad vires Romana in carmina dandas.

5.1) L’imperatore come alter Iuppiter

Ov. met. 15,858b ss.

... Iuppiter arces
temperat aetherias et mundi regna triformis,
terra sub Augusto est; pater est et rector uterque.

5.2) L’imperatore come fonte di ispirazione poetica

Ov. fast. 1,17 s.

da mihi te placidum, dederis in carmina vires:
ingenium voltu statque caditque tuo;

Manil. 1,7-10

hunc mihi tu, Caesar, patriae princepsque paterque,
qui regis augustis parentem legibus orbem
concessumque patri mundum deus ipse mereris,
das animum viresque facis ad tanta canenda.

5.3) La ‘rinuncia’ di Stazio (Stat. Theb. 1,17b ss.)

... quando Itala nondum
signa nec Arctos ausim spirare triumphos
bisque iugo Rhenum, bis adactum legibus Histrum
et coniurato deiectos vertice Dacos 20
aut defensa prius vix pubescentibus annis
bella Iovis. **Tuque**, o Latiae decus addite famae
quem nova maturi subeuntem exorsa parentis
aeternum sibi Roma cupit ...

(...)

... **maneas hominum contentus habenis**,
undarum terraeque potens, et sidera dones.
Tempus erit, cum Pierio tua fortior oestro
facta canam...

6) La profezia di Giove, ‘poeta encomiastico’, nei Punica di Silio (3,571-629)

6.1) Una struttura tripartita

a) 571-593 (= 23 vv.): la ‘prova’ di Roma contro
Annibale

‘Pelle metus, neu **te** Tyriae conamina gentis
turbarint, **Cytherea**: tenet longumque tenebit
Tarpeias arces sanguis tuus. Hac ego Martis
mole viros spectare paro atque expendere bello.

(...)

iamque **tibi** veniet tempus quo maxima rerum
nobilior sit Roma malis... 585

(...)

... iamque ipse creatus 590
qui Poenum revocet patriae Latioque repulsum
ante suae muros Carthaginis exuat armis.
Hinc, Cytherea, tuis longo regnabitur aevo.

b) 594-606 (= 13 vv.): una nuova dinastia di sovrani: i
Flavi (il padre e fondatore Vespasiano e il figlio
maggiore, Tito)

Exin se Curibus virtus caelestis ad astra
efferet, et sacris augebit nomen Iulis 595
bellatrix gens bacifero nutrita Sabino.
Hinc **pater** ignotam donabit vincere Thylen
inque Caledonios primus trahet agmina lucos...
(...)

Nec Stygis ille lacus viduataque lumine regna,
sed superum sedem nostrosque tenebit honores.
Tum **iuvenis** magno praecellens robore mentis
excipiet patriam molem celsusque feretur
aequatam imperio tollens caput... 605

c) 607-629 (= 23 vv. = 5+13+5): il più giovane dei
Flavi: Domiziano

607-611 (= 5 vv.) “tu supererai le gesta dei tuoi!”

at **tu transcendes**, Germanice, facta tuorum,
iam puer auricoma praeformidate Batavo.
Nec te terruerint Tarpei culminis ignes:
sacrilegas inter flammis servabere terris. 610
Nam te longa manent nostri consortia mundi.

612-624 (= 13 vv.) imprese e virtù di Domiziano

Huic laxos arcus olim Gangetica pubes
summittet, vacuasque ostendent Bactra pharetras.
Hic et ab Arctoo currus aget axe per urbem,
ducet et Eoos, Baccho cedente, triumphos. 615
Idem indignantem tramittere Dardana signa
Sarmaticis victor compescet sedibus Histrum.
Quin et Romuleos superabit voce nepotes,
quis erit eloquio partum decus. Huic sua Musae
sacra ferent, meliorque lyra, cui substitit Hebrus 620
et venit Rhodope, Phoebos miranda loquetur.
Ille etiam, qua prisca, vides, stat regia nobis,
aurea Tarpeia ponet Capitolia rupe
et iunget nostro templorum culmina caelo.

625-629 (= 5 vv.) “o figlio di dei e padre di dei!”

Tunc, **o nate deum divosque dature**, beatas 625
imperio terras patrio rege. Tarda senectam
hospitia excipient caeli, solioque Quirinus
concedet, mediumque parens fraterque locabunt:
siderei iuxta radiabunt tempora nati.

6.2) Topoi encomiastici

‘*Serus in caelum redeas*’, o meglio ‘*serus in caelum*
redibis’

611 Nam te longa manent nostri consortia mundi

626b s. ... tarda senectam
hospitia excipient caeli

‘Superare i predecessori’ (Ov. met. 15,850 ss.)

stella micat natique videns bene facta fatetur 850
esse suis maiora et vinci gaudet ab illo.
Hic sua praeferrere quamquam vetat acta paternis,
libera fama tamen nullisque obnoxia iussis
invitum praefert unaque in parte repugnat:
sic magnus cedit titulis Agamemnonis Atreus, 855
Aegea sic Theseus, sic Pelea vicit Achilles;
denique, ut exemplis ipsos aequantibus utar,
sic et Saturnus minor est Iove ...

Stat. silv. 4,1,33 tu iuvenis praegressus avos.

Sil. 4,426 s. (il giovane Scipione)
... puer ... annos transcendere factis / molitur

7) L'apostrofe di un dio a un personaggio

7.1) Marte elogia il giovane Scipione al Ticino (Sil. 4,454 ss.)

459b s. ... fertur per tela, per hostis
intrepidus puer et Gradivum passibus aequat.

472 ss.
tum celso e curru Mavors "Carthaginis arces
excindes" inquit "Tyriosque ad foedera coges.
Nulla tamen longo tanta exorietur in aevo
lux tibi, care puer. Macte, o macte indole sacra,
vera Iovis proles. Et adhuc maiora supersunt,
sed nequeunt meliora dari"...

7.2) Un gesto caratteristico di Apollo

Apollo guerriero...

7.2.1) Apollo esorta Augusto alla vigilia di Azio (Properzio 4,6,37 ss.)

37 ss. ... O Longa mundi servator ab Alba,
Auguste,... (...)
vince mari.

53 s. Tempus adest, committe ratis: ego temporis auctor
ducam laurigeram Iulia rostra manu.

7.2.2) Apollo elogia Ascanio dopo la sua prima impresa bellica (Verg. *Aen.* 9,641 ss.)

macte nova virtute, puer, sic itur ad astra,
dis genite et geniture deos. Iure omnia bella
gente sub Assaraci fato ventura resident,
nec te Troia capit...

7.2.3) Apollo esorta Ettore (Hom. *Il.* 15,244 ss.)

«Ettore figlio di Priamo, perché, lontano dagli altri, sei
qui privo di forze? Quale malanno ti ha colto?».
(...) «Non temere; dall'Ida il figlio di Crono ti manda un
difensore potente che ti stia accanto e ti aiuti, Febo
Apollo dalla spada d'oro: sono io che da tempo proteggo
te e la tua alta città. Ma ora esorta tutti i guidatori di
carri, che verso le concave navi spingano i cavalli
veloci; e io davanti a loro spianerò il cammino alle
bestie e metterò in fuga gli Achei».

... e Apollo 'profeta'

8) Apollo annuncia l'avvento di Tolomeo II Filadelfo (Callimaco, *Inno 4. A Delo*)

165 ss. (la voce profetica di Apollo, non ancora nato,
ammonisce Latona a non partorirlo sull'isola di Cos,
perché...)

“un altro dio le Moire destinano a lei, / eccelsa prole
degli dei salvatori (**Tolomeo I e Berenice**). Sotto il suo
diadema / verranno, non sdegnando di avere un sovrano
macedone, / entrambe le terre interne e quelle che sono
sul mare / fin dove è il tramonto e da dove i veloci
destrieri / portano il Sole. Suoi saranno i costumi del
padre / e affronterà un giorno un'impresa in comune con
noi / in futuro, quando contro gli Elleni, il pugnale /
barbarico sollevando e l'Ares dei Celti, / tardivi Titani
dall'occidente estremo / si slanceranno ecc.”

180 ss. (Apollo si rivolge adesso al futuro sovrano
dandogli del 'tu' e pronosticandogli un futuro glorioso)

“o venturo Tolomeo, questo è per te il vaticinio di Febo,
/ e molto loderai chi già nel grembo fu vate / sempre in
futuro”;

Apollo termina, quindi, la sua profezia chiedendo alla
madre Latona di farlo nascere sull'isola di Delo.

9) Divinità 'encomiastiche' nelle *Silvae* di Stazio: il caso di Giano (Stat. *silv.* 4,1)

17 ss. Salve, magne parens mundi, qui saecula mecum
instaurare paras, talem te cernere semper
mense meo tua Roma cupit...

31 ss. Ter Latio deciesque tulit labentibus annis
Augustus fasces, sed coepit sero mereri:
tu iuvenis praegressus avos...

37b s. ... mecum altera saecula condes,
et tibi longaevis renovabitur ara parentis...

La Sibilla, voce di Apollo (Stat. *silv.* 4,3)

128 s. en hic est deus, hunc iubet beatis
pro se Iuppiter imperare terris...

139 s. salve, dux hominum et parens deorum,
provisum mihi conditumque numen.

10) La gratitudine di Giove verso Domiziano (Sil. 3,622-624)

Ille etiam, qua prisca, vides, stat regia nobis,
aurea Tarpeia ponet Capitolia rupe
et iunget nostro templorum culmina caelo.

Mart. 6,10,3 templa quidem dedit ille Iovi

Stat. *silv.* 4,3,16 qui reddit Capitolio Tonantem

Stat. *Theb.* 1,21 s. aut defensa prius uix pubescentibus
annis / bella Iovis.

Stat. *silv.* 1,1,79 s. ... tu bella Iovis, tu proelia Rheni,
/tu civile nefas ... domas